ma libent^{er} uacat. Cũ uero miris conatib^{us}
ab his exurgere nitit^{ur}. magnũ ualde est
si ad cognitionẽ suã repressã corporali
specie anima p̄ducat^{ur}. ut sem̄ ipsã sine cor
porea imagine cogitã. & cogitando se uia
sibi usq; ad desiderandã et̄nitatis substantiã
parat. hoc igit^{ur} modo quasi quandã scalam
imaginẽ sibi exhibet sem̄ ipsã. p̄ quam
ab exteriorib^{us} ascendendo in se transeat.

& a se in auctore tendat. Cū enī corporea ima-
 gines deserit. in semetipsa mens ueniens n̄ mo-
 dieū ascendit. Sed quāuis incorporea
 sit anima. quia tamē corpori inheret. ex ip-
 sa sui qualitate localis cognoscit. que carna-
 li loco retinet. Quē dū obliuiscit. terra.
 cognoscit incognita. meminit obliuioni
 mandata. hilarescit p̄ tristitiā. addicit
 p̄ leta ipsa sui diuersitate indicat quan-
 tū a substantia p̄tē in cōmutabilitatis
 distat. que sēp ut ē idē est. ubiq; p̄sens.
 ubiq; inuisibilis. ubiq; tota. ubiq; incōp-
 hensibilis. Inmūante m̄te sine aspectu
 cernit. sine sono audit. sine motu susci-
 pit. sine corpore tangit. sine loco reti-
 net. Hanc nimirū substantiā cū animi
 cogitat. assuefact. reb̄ corporaliū. diuer-
 sarū imaginū fantasmata sustinet. Quē dū
 ab intentionis suę oculis abigit manu dis-
 cretionis. p̄ponens ei om̄ia. iā hanc aliqua-
 ten⁹ cōspicit. quā si nec dū quid sit appre-
 hendit. agnouit certe quid n̄ sit. Quia ergo
 ad insueta mens rapit. cū diuinitatis es-
 sentia rimat. recte nunc dicit. Stetit
 quidā. cui n̄ agnosceba uultū. bene autē dicitur. Stetit
 quippe creatura. quia ex nihilo facta est.
 & semetipsa ad nihilū tendit. n̄ stare habet.
 sed defluere. Rationalis uero creatu-
 ra eo ipso quod a imagine auctoris ē con-
 dita. ne ad nihilū transeat figit. Irrati-
 onalis autē nequaquā figit. sed donec uisi-
 onis suę ministerio uniuersitatis speciem
 impleat transeundo tardat. Hāc si cōglū-

ac tra p̄ inētū p̄manent. ex semetip-
 sis tam nunc ad nihilū p̄perant. sed p̄
 eorū usū quibus seruiunt. in melius
 mutando p̄seuerant. Stare ergo sōli-
 us creatoris ē. p̄ quē cuncta n̄ transe-
 untē transeunt. & in quo aliqua ne-
 transeant retinent. Vnde & redēptor
 n̄r quia diuinitatis eius status capi
 ab humana mente non potuit. hunc
 nobis ad nos ueniens. creatus. natus.
 mortuus. sepultus. resurgens. atq;
 ad caelestia rediens. quasi transeundo
 monstrauit. Quod bene p̄ euangeliū
 illuminato ceco inuirt. cui transiens
 auditū p̄buit. sed stans oculos repa-
 ruit. Per humanitatis qui p̄pe dis-
 pensationem transire habuit. p̄ diui-
 nitatis uero potentiā qua ubiq; p̄-
 sens ē stare. Voces igit̄ cecitatis n̄rę
 dñs audire transiens dicit. quia huma-
 ne miserie factus homo miseret. Stans
 autē lucē reparat. quia infirmitatis
 n̄rę tenebras ex uirtute diuinitatis
 illustrat. Bene ergo p̄ quā dictū est.
 cū sp̄s me p̄sente transiret. subdit.
 Stetit quidā. cuius non agnoscebam
 uultū. Ac si apte diceret. sum quē
 p̄ transitū sensu non transire dephendi.
 Ipse ē ergo qui transit. ipse qui stat.
 Transit enī. quia teneri cognitus non
 ualeat. Stet autem. quia in quantū
 cognoscit. incōmutabilis apparet. Quia
 ergo raptim ut qui semper est. idem cernit.

De illuminato ceco

Om̄is

n

Moy

Iacob;

n

Moy

n

Paulus

Evang

n

simul dī & transiens: & stans uidet. Vel certe stare eius est. nulla mutatione uariari. sicut ad moysen dicit. Ego sum. qui sum. Et sicut hunc iacob; insinuat dicens. Apud quē non ē transmutatio. nec uisitudinis obumbratio. Quia uero quisquis iā aliquid de contemplatione gēnitatis apprehendit. hanc p̄opternā eius speciem conspiciat. recte subiungit. Imago coram oculis meis; Imago quippe patris filius est. sicut de condito homine moyses insinuat dicens. Creauit dī hominē ad imaginem dī fecit illum. Et sicut p̄ expressionem sapientie de eodem filio quidā sapiens dicit. Candor est enī lucis gēnac. Et sicut paulus dicit. Qui cū sit splendor glorie. & figura substantiæ eius. Cū ergo gēnitatis cernit. putat infirmitatis nr̄e possibilitatē amittit. imago eius m̄tis nr̄e oculis ante fert. quia cū uere in patrem intendimus. hunc quantum accepimus p̄ suā imaginē id est filiū uidem. & p̄ eam speciem quę de ipso sine initio nata est. cū aliquomodo cernere. qui nec cepit. nec desinit conam. Unde & hec eadē ueritas in euangelio dicit. Nemo uenit ad patrem nisi p̄ me. Bene autē subdit. Et uoce quasi auris lenis audiui. Quā enī p̄ uocē auris lenis. nisi cognitio seī sp̄s designat. Qui de patre pro

cedens. & de eo quod ē filii accipiens. nr̄e tenuit nouitatis infirmitatis infundit. Quā tam sup̄ aptos ueniens. p̄ exteriorē sonū tanquā p̄ uehementē sp̄m demonstrat. cū dicit. Factū ē repente de celo sonū tanquā aduentu entis sp̄s uehementis. Sed enī sp̄s cū se notat humanę infirmitatis insinuat. & sonitu uehementis sp̄s. & uoce auris lenis exprimit. quia uidelicet ueniens & uehementis ē. & lenis. Lenis. quia noticiā suā quantum cognosci ut cūq; ualeat nr̄is sensib; tēperat. Vehementis. quia quantumlibet hanc tēperat. aduentu tam suo infirmitatis nr̄e ceteritate illuminando p̄bat. Illustratione enī sua nos lenit tangit. sed inopiā nr̄am inmanit cecitatē. Vox ergo dī quasi auris lenis audit. quia in hac adhuc uitā postis cōtemplatorib; suis nequaquā se diuinitas sicut ē insinuat. sed lipientib; m̄tis nr̄e oculis. claritatē suā tenuit demonstrat. Quā bene ipsa legis acceptione signat. cū dicit. quia moyses ascendit. & dñs in montē descendit. Mons quippe ē ipsa nr̄a cōtemplatio. In qua nos ascendim. ut ad ea quę ultra infirmitatē nr̄am sunt uidenda subleuem. Sed in hanc dñs descendit. quia nobis multū p̄ficiendū parū desit aliquid sensib; nr̄is aperit. si tamē in illo uel parū aliquid potest. qui unū sep̄ & idē p̄manens intellegi pariter n̄ potest. & tamē a suis fidelib; participari dī. cū in ei substantia pars nullatenus amittat. Sed quia hunc exprimere p̄fecto sermone n̄ possum. humanitatis nr̄e modulo

Act. ap. 16

Demost.

n

Quomodo
helias celo
cet decog
nitione
di.

quasi infancie inbecillitate p̄pediti. cū aliqua
 ten balbuciendo resonam. Quia uero & in
 magna contemplatione subleuati. subtile
 quid de f̄nitatis cognitione p̄tingim. sacre
 historie uerbis ostendit. cū decognitione
 di p̄pheta nobilis helias edocet. cui cū tran
 siturū ante eū se dñs p̄mittit & dicens. ecce
 dñs transit. sp̄s grandis & fortis. subuer
 tens montes. & ceterens petras ante dñm.
 ilico adiunxit. H̄ in sp̄u dñs. & post sp̄m cō
 motio. n̄ in cōmotatione dñs. & post cōmoti
 onē ignis. n̄ in igne dñs. & post ignē sibi
 lus aur̄ tenuis. Sp̄s quippe ante dñm
 tuertit montes. & petras ceterit. quia pauor
 qui ex aduentu ei irruit. & altitudine cor
 dis nr̄ deicit. & duritiā liquefacit. Sed spi
 ritui cōmotationis & igni n̄ in eē dñs dicit.
 eē uero insibilo aur̄ tenuis n̄ negat. quia
 nimirū mens cū in cōtēplationis sublimitate
 suspendit. quicquid p̄fecte c̄spicere p̄ualē
 dñs ē. cū uero subtile aliquid c̄spicit. hoc
 ē qd̄ de incomphensibili substantia f̄nita
 tas audit. quasi enī sibilū tenuis aur̄ p̄
 cipim. cū sa porē in eir cū scriptis ueritat̄
 cōtēplatione subita subtilit̄ degustam. Tunc
 ergo uerū ē qd̄ de dō cognoscim. cū plene
 nos aliquid de illo cognoscere n̄ posse sentā
 m. Vnde & bene illic subdit. Qd̄ cū au
 disse helias. operuit uultū suū pallio.
 & ingressus stetit in ostio spelunę. Post
 aur̄ tenuis sibilū uultū suū p̄pheta pal
 lio operit. quia in ipsa subtilissima cōtēpla
 tione ueritat̄. quanta ignorantia homo

tegat agnosceret. Vultui nāq; palliū
 supducere est. ne altiora mens quęrere
 n audat. ex consideratione hanc p̄prie
 infirmitatis uelare. ut nequaquā
 intelligentiæ oculos ultra se p̄cipitan
 ter aperiat. sed ad hoc qd̄ app̄hendere
 n non ualeat. reuerent̄ claudat. Qui
 hec agens in spelunę hostio stetit
 describit. Qd̄ nāq; spelunca nr̄a
 ē. nisi hec corruptionis habitatio
 in qua adhuc ex uetustate retine
 m. Sed cū aliquid p̄cipere decog
 nitione diuinitatis incipim. qui
 n si iā in spelunę hostio stam. Quia
 em̄ p̄gredi p̄fecte n̄ possumus.
 ad cognitionē tam uernatis in
 hantes. iā aliquid deliberatis
 aura captam. Ingressu aut̄
 spelunę stare est. represso in
 corruptionis obstaculo ad cog
 nitionē ueritat̄ inapere exire.
 Vnde & nube in tabernaculū des
 cendente. israhelites de longin
 quo cernentes. in papilionū su
 or hostiis stetitisse memorant. quia
 hi qui aduentū diuinitatis ut cūq;
 conspiciunt. quasi iā ex habita
 culo carnis p̄cedunt. Quia igit̄
 humana mens quanta lib̄ se in
 tate tetenderit. uix de intamis
 extrema cognoscit. recte nunc
 dr̄. Et uocē quasi aur̄ lenis
 audiui. Sed qm̄ cum dese

De nube
in tabna
culū des
cendente

saluti parū nobis diuina cognitio exhibet.
infirmiū nō ignōrātia p̄fecte docet.
Qui uocē aurē lenis audiuit. dicat quē
exempla hac audicione didicerit. Sequit̄.
Hūquid homo dī comparatione iustifica
bit̄. Aut factori suo purior erit uir.
Humana iusticia diuine iusticie cōpara
ta iniusticia est. quia & lucerna in te
nebris fulgere cernit̄. sed in solis radio
posita tenebricit̄. Quid ergo eliphaz
rapt̄ in cōtemplatione cognouit. nisi qd̄
iustificari homo dī comparatione non
possit. Recta nāq; credim̄. quē exte
rius operam̄. Sed cū minima incerta
luce cognoscim̄. quasi in solis radio po
sita caligam̄. Cū uero illa ut cūq; pa
pim̄. ista ut cūq; iudicam̄. quia tanto
quisq; subtilius de tenebris iudicat. quan
to euertius claritas lucis estat. Qui
enī lucē uidet. scit qd̄ de tenebris est
mā. Hā qui candorē lucis ignorat. ob
scura etiā p̄ lucidū appbat. Bene aut̄
subdit̄. Aut factori suo purior erit
uir. Quisquis de percussione murmu
rat. qd̄ aliud quā iusticiā ferientis
accusat. Puriorē se ergo factori suo
uir estimat. si cetera flagellū quē relā
parat. cumq; sibi p̄culdubio post ponit.
cū eius iudiciū de sua afflictione re
darguit. Vt ergo homo reprehendere
nō audeat iudicē culpę. hunc humilit̄
cognat̄ auctore naturę. quia ^{qui} mire
ex nihilo hominē fecit. factū impie

nō affligit. Qd̄ tunc eliphaz didicit. cum uocē
quasi aurē lenis audiuit. In consideratione nāq;
diuine magnitudinis discret̄. quā humilit̄ in
sua animaduersione timeat. Et qui supra de
gustat. inferiora equanimit̄ tolerat. quia ple
ne intus conspiciat. quantum estimat qd̄ foris
agit. Male enī secretū putat. qui regulam
summę rectitudinis ignorat. Et sepe lignum
rectū credit. si ad regulā nō ducat. Sed cū re
gulę ungit̄. p̄ quantā tortitudine timeat
cit̄ inuenit̄. quia nimirū rectitudo abscedens
in crepat. qd̄ oculus decept̄ appbat. Eliphaz
itaq; quia supra conspexit. districtū iudiciū
de inferioribus exercit̄. & quāuis beatū iob
nō recte redarguit. in cōparatione tam cre
atoris om̄ne creature modū recte describit
dicens. Ecce qui seruiunt ei nō stabiles sunt.
& in angustis suis repperit prauitātē. quanto
magis hi qui habitant dom̄ luteas. qui
terrenū habent fundamentū. cōsument̄ uelut
atinea. Natura angelica & si cōtemplatio
ni auctoris inherendo in statu suo immu
tabilit̄ p̄manet. eo ipso tamen quo creatu
ra est. in semetipsa in cōsuetudine mutabili
tatis habet. Mutari aut̄ ex alio malū
ire ē. & in semetipsa stabilem nō cē. Vnaqueq;
enī res quasi tot passib; ad aliud tendit.
quōt mutabilitatis sue motū subiacet. So
la aut̄ natura in cōp̄hen sibilis ab statu suo
nescit moueri. quē ab eo qd̄ sepele ē. nescit
imitari. Hā si angustōz substantia amu
tabilitatis sue motu fuisset aliena bene ab
auctore condita. nequaquā in reprobis spiritali

ab exitu dñi sive arce cecidisse; Mire autē
 omps dñi naturā sūmox spūū bonā sed muta
 bilem condidit. ut qui pmanere nolent ruc
 rent. & qui in conditione psisterent. tanto in
 ea iā dignius quanto ex arbitrio starent. & eo
 maioris apud dñm meriti fierent. quo mutabili
 tatis sive motū uoluntatis studio fixissent;
 Quia ergo ipsa quoq; natura angelica est in se
 mē ipsa mutabilis. quā uidelicet mutabilitatē
 uertit p hoc quod ei qui semp idem est unculis
 amoris illigat. recte nunc dicit. Ecce qui ser
 uunt ei non sunt stabiles. Atq; eiusdem p
 tinus documentum mutabilitatis adiungit.
 cū de apostatis spiritib; subinfert. Et angelis
 suis repperit prauitatem. Ex quo ex casu bene
 infirmitatis humane considerationem colligit.
 cum ilico subnectit. Quantomagis hi qui ha
 bitant domos luteas. qui terrenū habent fun
 damentū consumuntur uelut atinea. Luteas quip
 pe domos habitamus. quia in corporib; tēris
 subsistimus. Que bene paulus considerans ait;
 Habemus thesaurū istū in uasis fictilibus. Et
 rursum. Scimus quia si tēstris domū nrā hui
 habitationis dissoluatur. qd aedificationem ex
 dō habemus domū non manu factam. Terrenū
 quoq; fundamentū ē. substantia carnis. qd
 in se sollicitē psalmista conspexerat cū dicebat;
 Non ē occultatū os meū. ut quod fecisti in ocul
 to. & substantia mea in inferiorib; terre. Tinea
 autē de uero se nascit. & eandem uestem de qua
 orit. oriendo corrūpit. Quasi quedā uero uestis
 anime. caro est. Sed hec nimirū uestis habet
 tineam suam. quia ab ipsa carnalis tēptatio

orit. ex qua lacerat. Quasi enī quadā
 sua tinea uestis nrā consumit. cū caro
 corruptibilis tēptationē gignit. & p hanc
 ad interitū puenit. Velut tinea homo ē
 sumit. cū de se orit. unde conterat. Ac si
 apte dicat. Si p̄ illi eē ex se in cōmuta
 biles nequeunt. qui nulla carnis infir
 mitate deprimunt. qua temeritate se ho
 mines in bono pmanere constantē existi
 mant. quos in eo quod intellectus
 ad summam euehit. carnalis infirmitas
 aggrauans. p̄pedit. ut p corruptionis
 uicium in se metipsis habeant. unde
 ab intima nouitate ueterescant. Hos
 sunt quoq; p angelos scī doctor et intellegi.
 sicut p p̄pheta dr. Labia sacer dotis custo
 diunt scientiam. & legem requirunt ex
 ore ei. quia angelis dñi exercitū ē. Qui
 quanta libet uirtute fulgeant. eē omnino
 sine culpa nequeunt. cū iter illecebrofū
 p̄sentis uite gradunt. quia eoz nimirum
 gressus tangit. aut luto illiciti operis. aut
 puluere cogitationis. Homos autē luteas
 habitant. qui de illecebrosa hac uita car
 nis exultant. Hanc domum luteā paulus
 habitare contempserat cū dicebat. Hra con
 uersatio in celis est. Dicit igit. Ecce qui
 seruiunt ei. n̄ sunt stabiles. & in angelis
 suis repperit prauitatem. quantomagis
 hi qui habitant domos luteas qui terre
 nū habent fundamentū consumuntur uelut
 atinea. Ac si apte dicat. Si p̄sentis uite
 uia illi sine contagio transire nequeunt.

n
 Paulus
 Psalms
 H
 Paul
 H
 Paul

Apheta

H

Paul

qui eterna nuntiantes. sese contra temporalia
accingunt. quae detrimenta illi sustinent.
qui esse se in carnalis habitationis uolupta-
tibus gaudent. Qui enim seruiunt ei. non
sunt stabiles. quia cum mens ad alta nititur.
carnis suae contagione dissipatur. ita ut dum
sepe animus in mundanis inhiat. dum sola caelestia
aspirat. subita carnali delectatione per-
cussus. a seipso scissus iaceat. & qui se
infirmis suis molestias superasse gau-
debat. repente uulnere prostratus gemat.
Pauitas ergo. & inangustis reperitur. dum
ipsos quoque qui ueritatem nuntiant. non nu-
quam subreptio uitae fallacis grauat. Si
ergo hi etiam mundi huius iniquitate feri-
untur. quos contra eum se intentio erigit.
quibus ictibus illi penetrantur. quos ante
ei iacula ^{ipsa} infirmitatis suae delectatio
sternit. Qui bene uelut tinea est im-
munda describuntur. Tinea quippe dampnum
facit. & sonitum non facit. Ita iniquorum
merites. quia damna sua considerare
neglegunt. integritatem quasi nescien-
tes perdunt. amittunt. namque a corde inno-
centium. ab ore ueritatem. a carne continen-
tiam. & praecessu temporis abetate uitam.
Sed haec se indefinenter amittere nequa
quam respiciunt. dum toto desiderio curis
temporalibus occupantur. Quasi ergo tinea
consumuntur. quia sine sonitu culpe mor-
sum tolerant. dum quanta detrimenta ui-
tae & innocentiae paciantur ignorant. In-
de & bene subditur. De mane usque ad ues-

peram succidentur. Amane usque ad uesperam peccator
succiditur. dum autem suae exordia usque ad terminum in-
iquitatis propeccatione uulneratur. Omni namque tem-
pore reprobis praugmentum malitiae contra se ictus inge-
minant. quibus succisi in profundum ruunt. De quibus
bene per psalmistam dicitur. Viri sanguinum & dolosi. non
dimidiabunt dies suos. Dies quippe dimidiare
est. tempus uitae malae in uoluptatibus ductum. ad pro-
prietatis lamina diuidere. atque hoc ad bonum usum
pariendo reparare. Sed iniqui dies suos ne-
quaquam dimidiant. quia perversam mentem nec in
extremo tempore mutant. Quo etiam bene
paulus ammonet dicens. Redimentes tempus.
quoniam dies mali sunt. Tempus quippe redimimus.
quando ante actam uitam quam lasciuendo per-
didimus flendo reparamus. Sequitur. Et quia
nullus intellegit. in gentium peribunt. Nullus
uidelicet eorum qui amane usque ad uesperam succi-
dentur. nullus intellegit. uel eorum qui pereunt.
uel eorum qui perditos pereuntium mores imitantur.
Unde alius scriptum est. Iustus perit. & nemo
est qui recogitat in corde suo. Et uiri miseri-
cordiae colliguntur. quia non est qui intellegat.
Iniqui ergo dum sola temporalia appetunt. &
quae bona electis in gentium maneat. seipse con-
tempnunt. dum iustorum afflictionem conspiciunt.
sed quae sit afflictionis retributio non agnoscunt.
actionis suae pedem in profundum porrigunt.
quia a luce intelligentiae sponte sua oculos
claudunt. Scitum enim uoluptatibus decepti. dum
quae uident temporaliter diligunt. a seipso alienati. non uident ubi in eternum ruunt. Praestit
& uero mane prosperitas. uespere huius mundi

Psalm

Paul

aduersitas designari; Demane ergo usq; ad uespera
 ra rephi succidunt. quia & prospera lasciuientes
 depereunt. & p aduersa impatientes ad insimul
 eurgunt; Quos demane usq; ad uespera ne
 quaquam culpa succideret. si uel prospera fontium
 crederent. uel aduersa correctione sui uulne
 ris estimarent; Sed quia nequaquam sic huma
 ni generis multitudo deserit. ut cuncta admi
 tertu tendere permittant. sunt n̄ nulli qui
 presentis uitae oblectamenta despiciunt. & cu iam
 assunt transitoria ee considerant. atq; hec ex
 amore eternitatis calcant; Cuiq; in hoc primo
 gradu iudicii gressum ponunt. uegetiores
 ad altiora pueniunt. ut cuncta temporalia non
 solu quia ciuius sunt amittenda despiciant.
 sed in his inherere non appetant. ac si etna
 ee potuissent; Et pulchre editas amore sub
 trahunt. quia impiu auctore pulchritudinis
 cordis passibus tendunt; Et sunt n̄ nulli. qui
 bona uitae presentis diligunt. sed tam nulla
 ten hec assecunt; Qui rebus temporalibus totis
 desideris inhiant. mundi glam querunt.
 sed adipisci nequaquam possunt. Hos ut ita
 dixerim cor ad mundu p̄trahit. mundus ad cor
 repellit. Ha sepe contingit. ut ipsis suis ad
 uersitatibus fracti admittē redeant. & in semet
 ipsis reuersi cōsiderent qua sint inania que
 querebant. seseq; p̄ta stulto desiderio p̄tin
 ad lamtu uertant. & tanto ualentius etna
 desiderant. quanto festultrius laborasse p̄te
 poralibus dolent. Unde bene descriptus re
 phi subdit. Qui aut reliqui fuerint. aufe
 rent e eis. Quos alios reliquos. nisi huius

mundi despectos accipim. Quos du p̄sent
 seculu ad nullius gl̄e usū eligit. quasi
 minimos indignosq; derelinquit. Sed
 mundi reliquos auferte dñs dr. quia
 despectos hui sc̄li dñs eligere dignat.
 Paulo attestante qui ait. Non multi sa
 pientes secundū carnē. n̄ multi poten
 tes. n̄ multi nobiles. sed que stulta mun
 di sunt eligit dñs. ut confundat sapien
 tes. Atq; infirma mundi eligit dñs ut
 confundat fortia. Qd bene in libro re
 gu aegiptio puero in uia lascescente
 signat. que amalechite egrotu intine
 re deserit. dauid uero inuenit. cibore
 ficit. ducē sui timoris facit. Amale
 chita psequit. epulante repperit. &
 fundit exanxit. Quid est eni qd egip
 tius amalechite puer intinere las
 sat. nisi qd amator presentis sc̄li pecca
 ti sui nigredine opt. sepe ab odem
 sc̄to infirmi despectusq; relinquitur.
 ut cu eo nequaquam currere ualeat.
 sed fractus aduersitate torpescat.
 Sed hunc dauid inuenit. quia redēp
 tor n̄ ueracē manu fortis. n̄ nūquā
 quos despectos a mundi gla repperit.
 in suo amore conuertit. Cybo pascit.
 quia uerbi scientia reficit. Ducem
 timoris eligit quia suū etia p̄dicato
 re facit. Et qui amalechita sequi n̄
 ualuit. dux dauid efficit. quia is que
 indignū mundus deseruit. n̄ solu
 cūuersus in sua mēte dñm recipit.

Paul

De egipto
puero in uia
lascescente

sed p̄dicando hunc etiā usq; ad aliena cor
da p̄ducit. Quo uidelicet duce dauid
amalechitā cūuante inuenit & ex
tinguit. quia ipsi xp̄i p̄dicantibus mun
di leticia destruit. quos mundus com
tes habere despexit. Quia igit̄ plerūq;
quos mundus relinquit dñs eligit.
recte nunc dicit. Qui reliqui fuerint.
auferent̄ eis. Sequit̄. Morient̄
enī insipientia. Quid ē qđ superius
rephoꝝ interitū p̄tulit dicens. quia
nullus intellegit in ḡtū peribunt.
& de electis dī ilico adiunxit. quire
liqui fuerint auferent̄ eis. & hoc
p̄tinē qđ eis dē electis n̄ eueniat subdit
dicens. morient̄ enī insipientia.
Si enī a rephoꝝ diuinit̄ auferunt̄. quo
pacto mori n̄ insipientia dicunt̄.
Sed nimirū sacre scripture c̄suetu
do est. ut cū aliquid narrat. inter po
sita alterius causę sententia. ad su
periora p̄tinē redeat. Hāc p̄ quā dixit.
& quia nullus ē qui intellegat
in ḡtū peribunt. electorū mor
tē subintulit dicens. qui reli
qui fuerint auferent̄ eis. &
rursū sententię suę oculū meū
quē p̄dixerat interitū rephoꝝ
mittens. subito adiungit. morient̄
enī insipientia. Ac si diceret. Hi
quos dixit. quia n̄ intellegentes
in ḡtū peribunt. p̄culdubio non
insipientia morient̄. Sed hunc

ē n̄ nūquā morē fieri eloqui melius osten
dim. ^{ex eo} si aliqua hui rei similitudinē p̄feram.
Paulus nūq; ap̄t̄ cū dilectū discipulū de insti
tuendis ecclē officis ammonet & ne quos for
te ad sacros ordines inordinate p̄ueheret
dixit. Man̄ cito nemini imposueris. neq;
cōmunicaueris peccatis alienis. Te ipsū castum
custodi. Qui ad infirmitatē ei corporis. p̄ti
nus uerba conuertens ait. Holi adhuc aquā
bibere. sed modico uino utere p̄p̄t̄ stomachi
tūi. & frequentes tuas infirmitates. statimq;
subiungit dicens. Quorundā hominū pec
cata manifesta sunt p̄cedentia adiudiciū.
quorundā autē & subsequent̄. Quid ergo
ad illud p̄tinē qđ ab infirmo tibi aquam
p̄hibuit. hoc qđ de peccatis absconditis quo
rundā hominū manifestisq; subiunxit. nisi
qđ interposita deti infirmitate sententiā
ad hoc in extremo redit qđ superius dixit.
man̄ cito nemini imposueris. neq; cōmu
nicaueris peccatis alienis. Ut enī hęc eadē
peccata quanta sollicitudine p̄quirenda
erūt ostenderet. interposita c̄tinuo infir
mitatis molestia. discretionis ammonitio
ne p̄tinē intulit qđ in alius pat̄scerent.
in alius laterent dicens. Quorundā ho
minū peccata manifesta sunt p̄cedentia
adiudiciū. quorundā autē & subsequent̄.
Sicut ergo phario sententiā paulus n̄ in eis
dē uerbis egruit. quib; eā loquens deti
mothet infirmitate subiunxit. sed ad ali
ud redit qđ superius intermittendo nar
rauit. ita hoc loco eliphaz cū de electis

Paul

De rebus

diceret. qui reliqui fuerint auferent ex eis. ilico adiungens. morientur & non in sapientia. ad illud prius recurrit. quod superius de rebus protulit dicens. Et quia nullus intellegit. in finem peribunt. Idcirco autem rebus electos despiciunt. quod ad uitam inuisibilem peruisibilem mortem tendunt. De quibus bene nunc dicitur. morientur & non in sapientia. Aesopate diceret.

Mortem quidem & sapientiam pariter fugiunt. sed sapientiam penitus deserunt. mortis autem laqueos non euadunt. Et qui quandoque morituri uere moriendo poterant. dum mortem que per eum dubio uentura est metuunt & uitam simul & sapientiam perdunt. At contra iusti in sapientia moriuntur. quia mortem quam de uitare funditus nequeunt. cum pueritate imminere differre conceperunt. eamque dum equanimiter ferunt. per eam per paginas uertunt in instrumento uirtutis. ut inde debeat uita recipi. unde per primam culpam meritum cogitur finire. Sed quia hec eliphaz contra iniquos ueraciter protulit. beatum iob reprehensibilem estimans. de fastu se sapientiam inflauit. Unde & per predicamenta tantae rectitudinis. irrisionis uerba subiungit dicens. Vocare ergo si quis qui tibi respondet. Omnis enim deus sepe ei per uerborum uoluntate deseruit qui precepta illius in tranquillitate contempnit. Unde scriptum est. Qui auertit aurem suam ne audiat legem. oratio eius erit execrabilis. Vocare autem nomen est. humili preceptum deum deposcere. Respondere deus est. effectum precibus prebere. At ergo. Vocare si quis qui tibi

respondet. Aesopate dicit. Quantum libere afflictus clames. deum respondentem non habes. quia uox in tribulatione non inuenit. quem mens in tranquillitate conceperit. Vbi adhuc deridendo subiungit. Et ad aliquem seorsum conuertere. Aesopate despicens dicit. Seorsum quoque in afflictione inuenire adiutores non uales. quos habere socios in hilaritate nolueris. Qui prius per irrisionem sententiam protulit dicens. Virum stultum inter fiet iracundia. & paruulum occidet inuidia. Quae mirum sententia uera esset. si illata contra tantum uiri patientiam non fuisset. Sed nos pensamus quod dicitur. quia uis ab auctoris sui uirtute elidat. ut ostendam quod rectum est quod protulit. si non in beato iob iniuste premeret. cum scriptum sit. Tu autem dominus cum tranquillitate iudicas. Scendum nobis magnopere est. quia quoties turbulentos animi motus sub mansuetudinis uirtute restringimus. redire ad similitudinem conditoris conamur. Haec cum tranquillitate mentis. iracundia uerberat. dilaniata quodammodo scissamque perturbat. ut sibi in seipso non congruat. ac uim uitae similitudinis amittat. a similitudine conditoris recedimus. Quanta ergo sit iracundiae culpa pensamus. pro qua dum mansuetudo amittitur. superius imaginis similitudo uiciatur. Per iram sapientia perditur. ut quid quouere ordine agendum sit. omnino nesciatur.

De ira

sicut scriptū ē. Ira insinu stulti requi-
ret. Quia nimirū intelligentie luce
subtrahit. cū mentē pmouendo cōfun-
dit. Ira uita amittit. & si sapientia
teneri uident. sicut scriptū ē. Ira pēdit
& u prudentes. quia scilicet cōfusus ani-
mū nequaquā explet. etiam si quā intel-
legere prudenti ualeat. Ira iusticia
relinquit. sicut scriptū ē. Ira uiri
iusticia di nō operat. Quia dū p̄tur-
bata mens iudiciū suę rationis exaspe-
rat. omē qđ furor suggerit. rectū pu-
tat. Ira grā uitę socialis amittitur.
sicut scriptū ē. Holi assiduus ē cum
homine iracundo. ne discas similitudinem ei.
& sumas scandalū anime tuę. quia qui
se exhumana ratione nō temperat. ne-
cesse est ut bestialitē uiuat. Ira con-
cordia rūpit. sicut scriptū ē. Viram
mosus parit rixas. & uir iracundus
effundit peccata. Iracundus quippe
peccata effundit. qđ enī malos qđ in-
caute addiscordia p̄uocat. peiores fa-
cit. Ira lux ueritatis amittit. sicut
scriptū est. Sol nō occidat. sup iracun-
diā iram. Quia cū menti iracundia
confusionis tenebras incutit. hinc
dī radium suę cognitionis abscondit.
Ira seī sp̄s splendor excludit. Quo
contra uirta uetustā translationē
scriptū ē. Sup quē requiescat sp̄s
m̄. nisi sup humilē & quietū. & tre-
mētē sermones meos. cū enī humilē

dicere. quietū p̄tā adiunxit. Si ergo ira
quietē menti subtrahit. suā scō sp̄u habi-
tationē claudit. Cuius recessione animus
uacuis adaptā mox insanā ducit. & usq;
ad superficiem ab intus cogitationū funda-
mento dissipat. Hā irę sue stimulis accensū
cor palpitāt. corp̄ tremat. lingua se p̄pedit.
facies ignescit. exasperant̄ oculi. & ne qua
quā recognoscunt̄ notū. Ore quidē clamo-
rē format. sed sensus quā loquit̄ ignorat.
In quo itaq; iste abiret̄ ^{tabiret̄} longe ē. quia actio-
nis suę conscius nō est. Unde fit plerumq;
ut usq; adaptū manū irā p̄siliat. & quotatio
longius recedit. audacior exurgat. seq;
ipsū retinere animus nō ualeat. quia fact̄
ē potestatis alienę. & eo furor mēbra foris
inictū exerceat quo int̄ ipsā mēbrā domi-
nā mentē captiuam tenet. Aliquando autē
manū nō exertit. sed imaledictionis iaculū
linguā uertit. Fratris nāq; inuitū in
p̄cib; exposcit. & hoc dñm p̄petrare expetit.
qđ ipse puerius homo facere uel metuit.
ut erubescit. Itaq; ut uoto & uoce homici-
diū pagat. & iam cū alesione p̄mi manib;
cessat. Aliquando ira p̄turbato animo
quasi ex iudicio silentiū inchoat. & quo
se foras p̄ linguā nō exprimit. int̄ deteri-
us ignescit. ut nat̄ quisq; colloctionē
suā primo subtrahat. & nil dicendo quā
sit auersus dicat. Et nō nūquā hęc silentiū
seueritas p̄ disciplinę dispensationē gerit.
si tam sollicitē minutis discretionis forma
teneat. Non nūquā uero dum accensus

animi a consueta locutione restringit. pacis
 su temporis panis aprimi dilectione separat.
 Et acriores stimuli ad mentem ueniunt. causeque
 que grauius exasperant orunt. atque inira
 ti oculo festuca intrabere conuertit. du ira
 modiu pmutat. Veruq; ira p silentium
 clausa intra mte uehementius affluat. & clamo
 rus tacita uoces format. Verba sibi quib; ex
 asperet obicit. & quasi in cause examine posi
 ta. durius exasperata responde. Quod sa
 lomon breuit insinuat dicens. Prestolatio
 impioꝝ furor. Sicq; fit. ut p turbat animi
 maiore strepitu sui silentii sentiat. euq;
 grauius clausa ire flama esumat. Unde be
 ne ante nos quida sapiens dicit. Cognati
 ones iracundi uiperes sunt generationes.
 mentem comedunt matrem suam. Sciendu ue
 ro e. qd n nullos ira cicius accendit. facilius
 deserit. n nullos uero tarde quide comouet.
 sed diutius tenet. Alinaq; accensis calamis
 similes. du uocib; p strepunt. quasi quosda
 accensionis sue sonit reddunt. cicius qui
 de flama faciunt. sed pta n in fauilla friges
 cunt. Alii aut lignis grauiorib; duriorib;
 q; n dispares. accensione tarde suscipi
 unt. sed tam accensi semel difficilius ex
 tingunt. Et quia se tardius in asperitate
 cecant. furoris sui durius igne seruant.
 Alii aut qd enciquis. & cicius iracundie fla
 mas accipiunt. & tardius deponunt. Non
 nulli uero has & tarde suscipiunt. & cicius
 amittunt. In quib; nimiru aut modis li
 quido lector agnoscat. quia & adtranquilli

Salomon

De dese
re uia

n

n

tatis bonu ultim plusqua prim app
 pinquat. & in malo secundu teus su
 perat. Sed qd pdest qd iracundia quo
 modo mte teneat dicim. si n etia qua
 lit copeseri debeat exprimam. Duobus
 & eni modis. fracta possidere animum
 ira desuescit. Prim quippe e. ut mens
 sollicita ante qua agere qd libe in
 cipiat. omis sibi qual pati potest etu
 melias pponat. quaten redemptoris
 sui pbra cogitans. ad aduersa se ppa
 re. Que nimiru uenientia tanto for
 tior excipit. quanto se ciucius expre
 scientia armarit. Qui eni imp
 undus ab aduersitate dephenditur.
 quasi ab hoste dormiens inuenit. euq;
 cicius inimicus necat. quia n repug
 nantem pforat. Ha qui mala imminen
 tia psollicitudine pnotat. hostiles
 incursum quasi in insidias ingulans
 expectat. & inde aduictoria ualent
 accingit. unde nesciens dephendi pu
 tabat. Sollert ergo animi ante acci
 onis sue primordia cuncta debeat ad
 uersa meditari. ut sep hec cogitans.
 sep contra hec thorace patientie mu
 nit. & que quid accesserit. puidus supe
 re. & que quid n accesserit. lucrū putet.
 Secundus aut seruandę mansuetudinis
 modus e. ut cu alienos excessus aspici
 m. nra quib; in salis excessim delicta
 cogitem. Considerata quippe infir
 mitas ppria mala nobis excusat aliena.

Et mod
ira copes
ci debeat

De modo mansue
rudinis

De modo mansue
rudinis

Pacientia nāq; illatā iniuriam tolerat. qui
pie meminit. qđ fortasse adhuc habeat
in quo debeat ipse tolerari; Et quasi aqua
ignis extinguit. cū surgente furo
re manima sua cuiq; admentē cul
pa reuocat. quia erubescit peccata
nō parere. quib; uel dō uel pximo
sepe se recolat parceda peccasse. Sed
inter hec sollertē sciendū ē. qđ alia ira
est quā impatientia excitat. alia quā
zelus format; Illa exuicio. hec exuir
tute generat; Si enī nulla ira exuir
tute surget. diuine anim aduersio
nis impetū sinees pgladiū nō placasset;
Hanc irā quia heli non habuit. motum
contra se implacabilitē supns; ultionis
excitauit; Hā quo ctra subditę uicia
teput. eo contra illū districtio etm
reitoris exarsit; De hac ppsalmista
dicit; Irascimini. & nolite peccare.
Qđ nimirū nō recte intellegunt. qui
irasci nos nobis tantūmodo nō etiam
pximis delinquentib; uolunt; Si enī
sic pximos ut nos amare p cipim. res
tat ut sic eoz erratib; sicut nr̄is ui
cis irascam; De hac psalomonē dicit;
Melior ē irasū. quia p̄risticiā uult;
corrigit anim delinquentis; De hac
iterū psalmista ait; Turbat ē p̄ira
oculus nr̄s; Ira quippe p̄ncipū. oculū
nr̄is excēcat. ira autē p̄zelū turbat.
quia quo recti emulatione ccutit.
eo illa que nisi tranquillo corde p̄cipi

nō potest cōtemplatio dissipat; Ipse nāq; zelus
rectitudinis. quia inquietudine mentē agit.
ei; mot aciem obscurat. ut altiora in cōmōtione
nō uideat. qui bene prius tranquilla cernebat;
Sed inde subtilius adacta reductit. unde ad cōp̄
ne uideat reuerberat; Nā ipsa recti emula
cio. etna p̄ paululū in tranquillitate largi
us aperit. que hic interī p̄cōmōtionē claudit.
& unde mens turbat ne uideat. inde p̄ficiat ut
ad uidentū uetus clarescat; Sicut infirman
ti oculo cū colliriū mittit. lux penit negat;
Sed inde eā p̄ paululū ^{uenerit} recipit. unde hanc ad
cōp̄ salubritē amittit; Nūquā uero cōmō
tioni cōtēplatio iungit. nec p̄ualē mens
p̄turbata cōspicere. ad qđ uix tranquilla ua
le inhiare. quia nec solis radius cernit. cū
cōmōtę nubes cęli faciem obducunt; Hec
turbat fons respicientis imaginem reddidit.
quā tranquillul; p̄prie ostendit. quia quo
ei; unda palpitat. eom̄ se speciem similitu
dinis obscurat; Sed cū p̄zelū anim; mouet.
curandū sūmopere est. ne hec eadē que
instrumento uirtutis assumit. nra ira do
minet. ne quasi domina p̄cat. sed uelut
ancilla ^{ad} obsequiū parata. arationis tergo
nequaquā recedat; Tunc enī robustius con
tra uicia erigit. cū subdita rationi famulat;
Hā quantūlibet ira ex zelo rectitudinis sur
gat. si in moderatā m̄tē uicerit. rationi p̄uā
seruire cōtēp̄nit. & tanto se impudentius
dilatat. quanto impatientię uiciū uirtu
tē putat; Unde neesse ē ut hoc ante omnia
qui zelo rectitudinis mouet attendat ne

Diuitates
irarum

De fine
& heli

Palms

Salomon

Psalmista

Psalmista

De ira ne transeat do
minum mentis S.

ira extraneis dominum transeat. sed in ultione
peccati tepmodumq; considerans. surgente ani
mi perturbatione subtilius pertractando restrin
gat. animositate reprimat. & motus feruidos
sub equalitate disponat. ut eo fiat iustior
ultor alienus. quo prius extitit victor suus.
quatenus sic culpas delinquentium corrigat.
ut ante ipse qui corrigit per patientiam cres
cat. & feruorem suum transcendendo diuidicet.
ne intemperantem excitat ipso zelo recitudi
nis. longe a recitudine aberrat. Quia ue
ro sicut diximus. & iam laudanda boni emu
latio mentis oculum turbat. recte nunc dicitur.
Virum stultum interficit iracundia. Ac si apte
diceret. Ira per zelum sapientes turbat. Ira
vero paruulum stultos trucidat. Quia illa
subtrahone restringit. hec uero irrationa
bilitate deuicta mentis dominat. Bene autem sub
dit. & paruulum occidit inuidia. Inuide
re enim non possumus. nisi eis quos nobis in aliquo
meliores putamus. Paruulum ergo est. qui liuore oc
cidit. quia ipse sibi testimonium prohibet. quod
ei minor sit. cui inuidia torquetur. Hinc est
quod hostis callidus primo homini inuidendo
surrupit. quia amissa beatitudine mino
re se immortalitate illius agnouit. Hinc
est quod eam ad perpetrandum fraticidium corru
it. quia despecto suo sacrificio placitum sibi in
fremunt. cuius deus hostiam accepit. & quem me
liore se esse exhorruit. ne ut cuique esset ampu
tauit. hinc etiam ad persecutionem fratris ex
arsit. quia benedictione primogenitorum
perditam quam tam sibi lemuncule ipse uendiderat.

106
minore se ei quem nascendo peribat inge
muit. Hinc ioseph fratris sui ismahelitas
transiuntibus uendiderunt. quia cog
nito reuelationis misterio. ne se meli
or fieret. et periret obuiare conati
sunt. hinc ianui dicitur subditum lancea
intorquendo persequitur. quia quem magnus
cotidie augeri uirtutum successibus
sensit. ultra se exerescere expauit.
Paruulum itaque est. qui inuidia occidit.
quia nisi ipse inferior existeret. de
bono alterius non doleret. Sed inter
hec sciendum est. quia quamuis per omne
uicium quod perpetrat. humano cordi
antiqui hostis uirum infundit. in hac
tam nequitia tota sua uiscera ser
pens excutit. & imprimis de maliciis
peste mouit. De quo nimirum scrip
tum est. Inuidia diaboli. mors in orbem
terrarum intravit. Haec cum deuictum
eorum liuoris putredo corrupterit. ipsa
quoque exteriora indicant. quam gra
uitatem animi uesania instigat. Color
quippe pallore afficitur. oculi depri
muntur. mens accenditur. & membra fri
gescunt. In inuigilatione rabies.
indentibus stridor. Cumque in latebris
cordis crescent. absconditur odium. dolo
re cetero terebrat conscientiam uulnere in
clusum. mille letum depernit libet. quia
tabescente mentis sua poena sauciatur.
quam felicitas torquet aliena. Quan
toque extranei operis in altum fabrica

ducti; tanto fundantur mens huius pro
fundus suffodit. ut quo alii ad meliora
perant. eo ipsa deterius ruat. quia ui
delice ruina etiam illud destruit. quod in
alios actibus perfectio opere surrexisse puta
bat. Haec mundia cum mentis tabefecerit.
cuncta quae inuenit bene gesta con
sumit. Unde bene psalmonem dicitur.

Salomon

Vita carnis sanitas cordis. putredo ossium
inuidia. Quis enim putredinem carnis. nisi in
firma quaedam accenera. Et quis ossa.
nisi fortia acta signant. Et plerumque
contingit. ut quidam cum uera cordis
innocentia in nonnullis suis actibus. infir
ma uideantur. quidam uero iam quaedam
ante humanos oculos robusta exerce
ant. sed tamen erga alios bona. intus
inuidiae pestilentia tabescant. Bene ergo
dicitur. Vita carnis sanitas cordis. quia et
firmas innocentia custodit. etiam si qua
fortis infirma sunt. quandoque roborantur.

Recte subditur. Putredo ossium inuidia.
quia per inuidiam uicium ante dei oculos pe
reunt. etiam fortia acta uirtutum. Os
sa quippe per inuidiam putrescere est. quae
dam etiam robusta deperire. Sed cur hoc
de inuidia dicimus. si non etiam qualiter eruat
inimicum. Difficile est namque ut hoc alter
non inuideat. quod adipisci alter exoptat.
quia quicquid temporaliter percipitur.
tanto fit minus singularis. quanto diuiditur
in multis. Et idcirco desiderantem inuicem
luor excruciat. quia hoc quod appetit

aut fundit. aut accipiens admittit. aut a quanti
tate restringit. Qui ergo luoris pestis plene care
re desiderat. illam hereditatem desideret. quam co
heredum numerus non angustat. Quis et omnibus una
est. et singulis tota. Quis tanto largior esse ostendit.
quanto ad hanc percipientium multitudo
dilatat. In inuidio ergo luoris est. affectus surgens
inimice dulcedinis. et plena mors ei est. perfectus
amor eternitatis. Haec cum mens ab eius rei appetitu
retrahit. quae accipientium numero parat.
tantomagis periculum diligit. quantomagis
expulsetu illius sua dona peramesset. Quis si
perfecte in amore celestis patrie rapit. plene
etiam in proximi dilectione solidat. quia cum
nulla terrena desiderat. nihil est quod ei erga
periculum caritati contra dicat. Quis nimirum
caritas. quod est aliud quam oculus mentis.
Qui si terreni amoris puluere tangit. ab utraque
lucis mor inuitu lesus reuerberat. Quia
aut paruulus est. qui terrena diligit. mag
is qui aeterna concupiscit. potest etiam
sic non inconuenienter intelligi. paru
lum occidit inuidia. quoniam huius pestis lan
guore non moritur. nisi qui adhuc inde
siderat infirmatur. **EXPLICIT LIB. V.**

AD PROPRIUM ANGLI. ORATIO.

Obscuro te scē angłe meus contra angłos malos & iniquos homines fer mibi p̄sumum dñi p̄sidium. & ne me astutia diaboli frangat uiribus fame & p̄cib⁹ p̄uuentē in sc̄la sclox. amen. Credo qđ sis angłi sc̄i ad custodiā mei deputatus. p̄pterea peto te p̄illum qui te ad hoc ordinauit. humilit̄q; unploro ut me miserum. ac fragile. atq; indignū sepe & ubiq; in hac uita custodias. p̄tegas a malis omib⁹ atq; defendas om̄i die. & cum hinc animā meā d̄s migrare iusserit. nullam mea potestate demonibus habere p̄mittas. sed tu d̄o p̄cipiente eā lenit̄ a corpore suscipias. & in sinū abrahe suauit̄ usq; p̄ducas. P̄t̄um x̄pm̄ dilectissimum ac dulcissimū dñm̄ meū. qui cū patre & spū sc̄o uiuit & regnat d̄s benedict⁹ & laudabilis. & glori⁹. p̄ om̄ia sc̄la sclox. A M E N.

Queso te & obsequēte obscuro scē angłe dī qui mihi ad custodiā a d̄o deputatus es. defende me ab insidiis inimicorū meorum. uisibilium & inuisibilium. cōple in bonis meum desiderium. Adiuua me apud dñm̄ ut dimittat mihi om̄ia peccata mea preterita. p̄sentia. atq; uentura. liberet me ab om̄i malo. conseruet. & confirmet me in om̄i opere bono. & p̄ducat me te intercedente. ad uitā et̄nā. AMEN.

In dulgentiā & remissionē & absolutionem om̄ium peccatorū meorū. & spaciū uerę & fructuosę penitentię tribuere mihi om̄ps dñs. A M E N.

8

pac

pace ab...

pac

8

8

8

Liber s̄i Pauli. Si quis evo
abstulerit anathema sit.
fiat fiat.

^{Acti hant}
Oms tua gra quos a
morte redie misti ppetua

liber sci pauli in deserto

per scriptos quos libros

liber sci pauli in deserto. Sicque hinc eccle obluunt anathema sic
Am. Amgy fiat fiat.

